Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26970
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mundat. uenenu adpenitentiam una pparat. In exp Ezech
omel. xi. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe
deargentate. et posteriora dorsi ei in specie auri. Cleros
latina lingua sortes dicim. Dormire autem nr̃m est a prauis
actionibus quiescere. Et qui electi quq; a puersis opibus se inquietu
dine cõpescunt. et celestia concupiscunt. nimirum inter medios
cleros dormiunt. qui fugiendo temporalia et cetera primis
desiderando a pusilis actib' quiescunt. Mente quippe ad sublimia
uolant. unde et penne uocantur. quia bene penne columbe de
argentate esse memorant. Columba u deargentata sancta ecclesia
est. quia a pte predicationis luce resplendet. Sed hec columba in penn
is quidem deargentata est. sed posteriora dorsi ei in auri specie
refulgent. quia sancta ecclesia in predicantium linguis clara est. in
illa remuneratione quam sequitur. non iam argenti sed auri fulgore
decorat. Ad illa quippe inuisibilia bona pueniens ad illa
celestia dona pungens. quem nec oculus uidit. nec auris au
diuit. iam predicationis eloquio non indigebit. sed sola auri
specie in posteriorib' pulchra est. quia in eo quod accipit solo
resplendet fulgore clarescens. In exp Euang. omel. xviii.
Ascendens in altum captiua duxit captiuitatem. dedit dona
hominib'. Quid in hiis pphe uerbis. nisi ascensio dnica decla